



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quot & quibus modis polluatur, sive violetur Ecclesia, ita ut in ea divina officia celebrare non liceat, priùs quàm reconcilietur, & quomodo, ac à quo Ecclesia polluta reconcilianda sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

fundat; aut consecrat Ecclesiam religiosorum mendicantium, aut si ædificetur Ecclesia in monasteriis religiosorum redditus annuos habentium.

§. II.

In quibus casibus Ecclesia exsecratur, ita ut novâ consecratione indigeat.

Tres communiter casus recensentur à Gloss. in c. proposuisti 4. h. t. verbo reconciliari. primus est, si nesciatur vel dubitetur, an Ecclesia aliqua fuerit consecrata, ita ut nihil appareat, aut præsumi possit, de ejus consecratione, vel ex instrumento dotationis, vel ex alia scriptura, aut tabula parieti inserta, vel ex crucibus depictis, vel ex uno saltem teste, qui vidisse se testetur, vel ut concedunt aliqui ob favorem Ecclesie, qui testetur audivisse se, quod Ecclesia illa fuerit consecrata. *Can. Ecclesia 18. de consec. dist. 1.* quo in casu sub conditione, saltem mente reservatâ, ab Episcopo consecranda est Ecclesia talis.

Secundus Casus est, si Ecclesia propter exsecrationem novâ consecratione indigeat, eod quod scilicet igne exusta fuerit talis Ecclesia, non quidem, quod ligna tantum Ecclesie, aut tectum illius destructum sit, sed quod parietes interiores fuerint combusti, devastati, & abradi, vel ex toto, vel ex majore parte, in his enim fieri solet consecratio, per inunctionem sacri Chrismatis.

Tertius denique casus est, si totum Ecclesie ædificium, sive casu fortuito corruat, sive consilio destruaatur, non quidem successivè tantum, ita ut paulatim

Compend. Pirhing.

per partes semper minores Ecclesia repararetur, sed si simul, vel ex toto, vel ex majore parte destruaatur; in illo enim casu pars minor addita majori consecratur, per hanc majorem consecrata censetur, cum dignius, & quod majus est, trahat ad se, quod minus est, & minus dignum est.

§. III.

Quot & quibus modis polluatur, sive violetur Ecclesia, ita ut in ea divina officia celebrare non liceat, prius quàm reconcilietur, & quomodo, a quo Ecclesia polluta reconcilianda sit.

Violatur Ecclesia, ut reconciliatione indigeat, pluribus modis, prout habetur in c. proposuisti 4. h. t. & primò quidem per homicidium voluntarium, injuriosum, vel saltem contra reverentiam loco sacro debitam, commissum, per mortem scilicet ex sententia v. g. judicis in Ecclesia illatam, etiamsi fiat sine sanguinis effusione.

Secundò polluitur Ecclesia, per humani sanguinis effusionem voluntariam, & injuriosam, non quidem ex naribus tantum fluentem, ob percussione injuriosam in templo factam, cum ex naribus nimis facile, & in magna etiam copia sanguis elicatur, sed ob alia vulnera in Ecclesia inflata, etiamsi periculum mortis in tali casu non subsit.

Tertio polluitur Ecclesia per adulterium, aut aliam quamcumque illicitam copulam, aut feminis copiosam effusionem, ac publicè notam e. significasti. de adulteris, ita ut in prioribus etiam casibus,

Kkk k

libus,

sibus, ad violatam Ecclesiam habendam, requiratur, notorietas aduultatum, quibus violata fuit Ecclesia, & ab eo tempore censerit debeat polluta Ecclesia, quo per rei evidentiam, aut Rei confessionem innotuerunt delicta illa, quibus violatur Ecclesia: & quamvis sint aliqui, qui per conjugalem copulam de se licitam violari velint Ecclesiam, ratione irreverentiæ loco sacro factæ, plerique tamen, casum necessitatis excipiunt, quo conjuges scilicet diu in Ecclesia conclusi morari debent.

Quartò violatur Ecclesia per sepulturam hominis excommunicati (non tolerari scilicet) & per sepulturam hominis infidelis, non baptizati, quibus in casibus exhumari etiam debet talis sepulchrum cadaver, ac foras projici *c. Consularisti 7. h. 1. & can. Ecclesiam 28. dist. 1. de consecrat.* Et quamvis in prioribus casibus non sine culpa admissa violatur Ecclesia, in his tamen posterioribus violari potest per tales sepulturas Ecclesia, etiamsi nulla culpa admittatur.

Quintò denique volunt aliqui violandam Ecclesiam, si ab Episcopo notoriè excommunicato sit consecrata, vel benedicta, verius tamen est, illam non pollui per taliter excommunicati consecrationem, aut benedictionem, cum de hoc nullum in jure fundamentum habeatur, & violatio posterior sit consecratione, & consequenter non poterit talis simul Ecclesia consecrari, & violari. Plura de his Theologi morales.

Ex Rituali autem Romano patet, reconciliationem talis Ecclesiæ violatæ fieri debere, si consecrata ea fuit, per Episcopum, aut ex commissione Papæ, per

simplicem etiam sacerdotem; prout colligitur ex *c. aqua 9. h. 1. in tantum aqua, per quam fit reconciliatio, ut in vino, cinere, & sale mixta ab Episcopo sit benedicta, ut habet Ritualis Romanæ manum.* Si verò Ecclesia, quæ violata nunc violata fuit, non sit consecrata, benedicta tantum ab Episcopo, non publicum divinum cultum per eam haberi putata, potest etiam per simplicem sacerdotem, aspersione aquæ benedictæ, vel per simplicem sacerdotem benedictæ, vel per ciliari, prout colligitur ex *c. aqua 9. h. 1.*

§. IV.

De Consecratione, & exsecratione, ac violatione altaris.

Altare, quod non lignea, sed terrena esse debet, sed lapidea, & consecratum ab Episcopo, speciali Privilegio Pontificis, ab alio Episcopo, vel legato sacerdote, duplex consecratio habetur, aliud est mobile, seu portabile, quod etiam viaticum dicitur, & in alio loco in alium transfertur, ac transportatur; aliud est fixum, stabile, seu immobile, certo alicui loco, seu loco, aut alio modo affixum; illud per se consecratur, & constare debet ex lapide integro tantæ magnitudinis, ut pedem calicis cum patena, saltem quæ majorem partem capere possit, consecratur per se, sed quæterni debet esse lapidea: & hinc de consecratione pariter judicandum est, modo scilicet, quod exsecratur, si superior sive Lapis superpositus, vel lapis Altaris portatilis sit consecratus.